

Augustus Tertius DEI Gratia Rex Poloniae, Magnae Ducatus Lithuaniae, Russiae, Prussiae,
Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolenscae, Sibiriae,
Czerwiechoviæq; nec non Hereditarius Ducatus Saxoniae, & Princeps Elector.

Significamus presentibus Literis Nris, quoniam interest universis & singulis, consensisse Nos & permisisse, consenti-
re & permittere presentibus Literis Nris Incho. Rocho de Plogowa Kopsowski Capitaneo Nro Sradziensi, ut possit & valeat
de omni & integro jure, quod Ipsi super Villas Polkow & Czechy nuncupatas, aliq; attinentia ad prefatas Villas Spedantia, in
Palatinatu Sradziensi sibi, servit & competit, cedere, illudq; in Personam Incho. Kopsowski transferre & plenarie trans-
funderet. Quaequidem Cessio, jurisq; transfusio posteaquam coram Actis quibusvis Authenticis Regni, facta & recognita fuerit
Nos eam ratam & gratam habituri sumus, uti eam, quae previo hocce Consensu Nro Regio peragetur. Vigore aijus Cessionis
presentiq; Consensus Nri, supra eas prefatas Villas cum Omnibus Curijs, aedificijs, campis, agris, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus,
fluminibus, torrentibus, laevis, molendinis, brasatorijs, Subditis, eorumq; laboribus, censibus, dationibus, usibus,
fructibus, commodis & emolumentis, alijsq; attinentijs & pertinentijs antiquis & ad presens ad case Villas spedant. gene-
raliter omnibus, nullis penitus exceptis, & reservatis, sed ita late, longe, & circumferentialiter, prout ab antiquis Possessi-
onibus tenebatur predictae Villae, aut teneri debebantur, Ipse quoq; prenominate Incho. Kopsowski tenebit, habebit, &
possidebit ad extrema vite sue tempora. Promittimus autem pro Nobis, & Serenissimis Successoribus Nris non esse Nos,
Serenissimosq; Successores Nros memoratum Incho. Kopsowski, ab usu & pacifica prefatarum Villarum possessio-
ne amoluros, aut alienaturos, neq; amovendi aut alienandi potestatem cuiquam daturus, sed saluum, & integrum jus ad vitaliti-
um Eidem conservaturos. Quod & Serenissimi Successores Nri prestabunt. Ratione cuius ad vitalitatis, solitam Proventuum Auar-
tam Partem, iuxta prescriptum Legum, ad Thesaurum Regni quotannis inferre tenebitur. Juribus Nris Regalibus, Reipublicis,
Ecclesijsq; Romano-Catholicae salvis manent. In quorum fidem presentes Manu Nra subscriptas, sigillis Regni communijus sumis
Datum Varaviae Die *XX* mensis *May* Anno Domini *MDCCLVIII.* Regni vero Nri *XXV.* Anno.

Augustus Rex



Consensus cedendi de Villis Polkow & Czechy
nuncupatis, in Palatinatu Sradziensi sibi, Incho.
Rocho de Plogowa Kopsowski Capitaneo Sra-
dziensi, in Personam Incho. Kopsowski.

Antonius Silivius Sec. Reg. Maj.
et Sigilli Regni Secretarius

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



[Faint handwriting in the bottom left corner, possibly a signature or address.]

[Faint handwriting in the bottom right corner.]

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and includes names such as "L'abbate" and "L'oratore".

L'abbate



L'oratore

Profanariis

Profancellariatu

Alm^o Excell^m et R^m Dⁿⁱ Michaelis
Comitis de Franau W^old^ol^o Decani Cath^o
Cracovien^o Abbatis Commendatarij C^oven^o
et Clara Tumba Profancellarij Regni

Sigillatum.

Dypl. 69

